

Confessor non
sit durus in
mā in culpa
ne confessio p̄iat

Capitulum tunc
a diuini ab
sine q̄ p̄ced.

Multi officii
non curantes
im̄mittunt
libent̄ vitiosē

peccatum suum statuitur: sed confitentem absq̄ eius consensu a
sui ordinis officio cessare nemo rogat: sed potius magis criminis
reus esse uidetur qui rogat: quia sic et confitentem perire confes-
sionis. et plures non dum confessos. horrere et refrigere confessione
compellit. Nam satis patet qm̄ minus malum sit cuiuslibet p̄tori ad
altere cum amore confessionis perate et spe misericordie humili
mente accedere: qm̄ se cum odio confessionis et desperatione uere
indurato corde desiderio ut etiam actu presumptuose ingerere.
Nle itaq̄ cui confessio fit nequaquam particeps estimandus est mino-
ris culpe in qua aliu permittit non consentiendo: sed maiore pri-
uenter praeruenendo. Particeps uero maioris criminis auctorq̄
esse uidetur ad quod multos impellit: et si non uolendo. tamen
inordinate plus quod minus qm̄ quod maiuserat timendo. Sed
manifestum est quia illi qui humili contritione superbam uero
tundiam conuolando semetipsosq̄ iudicantes induenti cessatio-
nem sponte consentiunt: multo tunc ministrant permissi seu
etiam iussi: qm̄ illi qui s̄ uerendum humana inter deum
et se iuste induare refugiunt: licet is cui confitentur ualde
periculosus prohibeat istos inuitos ut supradictum ē qm̄ illos
spontaneos. Et cum utriusq̄ necessarium sit uel ad tempus abstinere
re. puto quia illi qui non libenter cessant ad quod non bñ prope-
rant sunt tantum relaxandi: hi uero qui sponte abstinent
ad id quod non presumunt etiam reuocandi. Nam in istis si re-
uocentur obedientie tegmine presumptio palliatur: in illis
uero humilitas obedientie robore adiuuatur. Que reuocatio
non indifferenter sed magna prelati confessionem suscipientis
discrecione facienda est. Sepe namq̄ contingit ut aliquis non
per inmissum criminis perpetrati horrorem. neq̄ per vim hu-
militatis humanam uerendum superet: sed per stulticie tene-
bras et impudencie duriciam fedicitatem sceleris et pudorem non
sentiat: et per negligentiam officium suū non appetat. Qui at
huiusmodi est: nunquam ad sacrum officium aut uocandus. aut
reuocandus est: sed cum proposito penitente suppletur humilitas.
suggerit contritio. intercedit uite mutatio: tunc mirum